

chè a stampa, e opera di autore dalmata, residente a Spalato. Basterebbe, dunque, questa traduzione; ma altro e non meno importante documento può essere aggiunto. Era supposizione ovvia che nella cultura italiana del Marulo Dante dovesse aver avuto un posto non inferiore a quello che vi ebbe il Petrarca. Notando che nell'inventario dei libri da lui posseduti figura « Johannes Bocatius super Dantem », il Deanovic commentava: « Pare impossibile che il Marulo abbia posseduto soltanto quello scritto su Dante senza la *Commedia* e le altre opere dell'Alighieri » (5). Che abbia posseduto le altre, o altre opere di Dante, se non impossibile, è certo improbabile. La questione se abbia o no posseduto la *Commedia*, è resa irrilevante dal fatto che del Marulo ci è rimasta una traduzione latina del primo canto della *Commedia* stessa. Di questa traduzione do qui il testo quale si legge a cc. 153^a-155^b del codice G. VI. 40 della Biblioteca Nazionale di Torino.

Principium operis Dantis Aligerii de fluentino sermone in latinum conversum per M. Marulum

Humanae spacium vitae concesserat aetas
Jam medium, tenerosque mihi subduxerat annos,
Per loca quum tenebris obscura atque aspera silvis
Me miserum errantem sensi, gressuque represso
Incertusque viae mentem confusus inhaesi
Et circumlustravi oculis pavitantibus. Horror
Non tantum spectasse fuit: memorando pavoris
Offertur facies et adhuc conterrita pulsat
Corda metus; vix ipsa magis mihi dura videri
Mors et acerba potest. Sed enim nec inutile demum
Illa referre reor, quum spes oblata salutis
Errexit mentem, quae vidi. Non tamen atris
Quomodo me silvis anceps incluserat error
Scire datum, captumque oculis sopor altus habebat,
Quum rectum rationis egens iter ipse reliqui.
At postquam silvis egressus tristibus alto
Me sub colle tuli, surgentis lumina solis,
Solis iter verum claro qui detegit ortu,
Suspiciens montis dorsum splendescere vidi.

(5) Cfr. art. cit., in « Giornale storico », CVIII, p. 221.

Paulatim cessere metus, qui noctis abactae,
Cum gemitu, gelido quassarant turbine mentem,
Utque feris ereptus aquis pluviaque procella
Littus ad optatum qui venit, pectus anhellum
Fessus adhuc tumidas cum lumine torquet ad undas
Et stupet insanos ponti quos pertulit aestus,
Sic ego adhuc fugiens oculis post terga reductis
Spectabam, vix credens evasisse per illam
Erroris vallem, vallem evasisse per illam
Quae tulit innumeris lethum, sic fumat opacam
Exhalans nebulam et fuscans caligine coelum.
Ut licuit placida corpus relevare quiete,
Collis inaccessi sublatis gressibus alte
Corripuisse viam pergo. Vix limina adibam
Prima jugi, Linx ecce levis distinctaque mille
Terga super maculis, villos arrexit et acrem
Intendit visum, subitoque accensa furore
Fertur in adversum: stat contra atque obvia terret
Et coeptam vetat ire viam prorsusque resistit,
Usque adeo quod certa mihi mens saepius esset
Retro ferre pedem versoque recedere tergo.
Tempus erat quo prima diem lux advehit almum
Occiduas umbram terrae quum trudit ad oras,
Scandebatque polum Titan comitantibus astris
Proxima quae radiis percussit quando supremo
Artifici placuit rerum producere formas
Et totum ex nihilo conficere. Temporis huius
Ut status in mentem venit, decernere pugna
Spes mihi vincendi suasit. Spem turbat eandem
Alterius monstri terror. Nam qualis in arvis
Alcydae occurrit Nemeis leo, talis hiantes
Erecta cervice ferox expandere rictus
Me contra mihi visus erat. Mox saevior illo
Et longa macilenta fame saturabilis haustu
Non ullo lupa, multorum quoque conscia luctus
Et praeceps fecisse nefas: sic perculit acri
Turbatam visu mentem mihi cogeret ut jam

Desperare viam surgentis in aethera saxi.
Ut tristatur opes belli sibi tempore raptas
Quaesivit studio qui rem curaue perenni,
Sic dolui vincente fera; namque alta petentem
In silvas iterum pellebat sole carentis.
Dum ruerem sese ante oculos incognita nostros
Effigies offerre viri miserantis iniquum
Casum visa mihi. « Corpus seu corporis -inquam-
Umbra venis, succurre, precor, succurre cadenti ».
« Corpus et umbra fui, sed tamen corporis umbram
Nunc me cernis -ait-. Latia de gente parentes
Ambo fuere mihi. Quae moenia condidit Ocnus,
His natale solum. Rexit quum Julius orbem
Natus ego; vixi Romae quum saecula redisse
Aurea Saturni plebis vox una patrumque
Augusto rectore fuit. Nec cesserat error
Gentis adhuc coluisse deos. Mihi certa ferebant
Laurea Parnasi gemino de vertice Musae:
Arma virum cecini Troiae qui primus ab oris
Advenit danao cecidit quum Pergamon igni.
Sed quae te mala mens tantos iterare labores
Aversum cogit? montis juga laeta beati
Scandere quid refugis? verae, mihi crede, quietis
Hic aditus primus, cunctorum hic causa bonorum est ».
« Tu ne Maro, tu ne ille Maro — sic dicere vatis
Occursu attonitus coepi —, tu ne ille deserti
Oris inexhaustus torrens? O gloria vatum,
Prosit honos prositque tuae mihi cura Camenae
Et labor assiduus studiumque perenne legendi.
Tu das unde meos valeam componere versus,
Quos vulgata vehit mecum super aethera fama.
Respice portentum quod me dare terga coegit,
Affer opem misero, tanto me tolle periclo,
Exanimemque iuva, si spes est ulla salutis ».
Ille sub haec: « Opus est alio convertere gressum,
Si te summa juvant. Nam non sinit improba pestis
Carpere iter qua se opposuit, sed corpora gaudet

Obvia quaeque virum sedes detrudere ad imas.
Haec nullo saturata malo ieiunia sentit,
Acrius exhaust quo plura; nec ullus edendi
Est modus. Huius item cubitus animalia diros
Multa petunt, et multa petent, tam caeca libido est,
Donec in hanc celerem solvet gravis ira molossum,
Quo mordente cadet. Non illum iugera campi,
Erruta non illum pascent tellure metalla,
Sed virtus, sed amor, sed non sapientia fallax.
Aerias linquet nubes, humilemque volabit
Italiam supra, quam propter virgo Camilla
Bellando oppetiit, quam propter fortis in armis
Turnus et ipsa pii notissima nomina amoris
Nysus et Eurialus. Primi hinc exordia cursus
Sumet, et hoc monstrum campos atque oppida circum
Indefessus aget, donec depellat ad antri
Tartarei latebras, unde haec emissa superne
Bellua ab Invidia terras atque aequora late
Infecit tabo sparsitque venena per orbem.
Interea tu parce metu, compesce querelas
Et me pone sequens mea iam vestigia serva.
Hinc ego te per regna traham pallentia Ditis,
Umbrarumque domos, ubi semper triste reorum
Lamentum fremit, infelix ubi personat horror,
Expediet vidisse semel; mox impia linquens
Tartara, te inanes adsistam protinus illos
Iniocunda quibus non sunt tormenta nec ignis:
Criminibus quando post saecula certa piatis
Sydereas penetrant sedes et regna beatum.
Ad quae si qua tibi suberit properare cupido,
Dignior hac anima recto te tramite ducet.
Illi ego te caedam descendens: me vetat illuc
Ire deus prohibetque suum conscendere Olympum
Neglecti ob noxam ritus morisque sacrorum.
Quippe colendus erat, quando protendit in omnes
Imperium partes, quando sua regia coelum est:
O felix quemcumque legit sua sydera supra! »

His animum dictis mihi reddidit; hac ego tanta
Spe fervens refero: « Per te quod nosse negasti
Obtestor numen, ne me trahat ista pavoris
Praecipitem facies monstroque nocentior error:
Duc, ut ais; duc, ecce sequor. Permitte videre
Aetherios aditus, ubi magni ianua Petri
Panditur et memoras quos sic incedere moestos ».
Tunc movet ille pedes, ego sum comitatus euntem.

Nella storia, che tuttavia è da scrivere, della fortuna amplissima, e poi subito decrescente, fra Quattro e Cinquecento, della *Commedia* dantesca, questo esperimento di traduzione latina del Marulo avrà il suo posto. In quella età, prima cioè che Fortunio e Bembo, le *Regole* e le *Prose*, aprano il pubblico dibattito (6), i giudizi critici sono, come è noto, rarissimi. Sulla linea della tradizione volgare, in poesia e in prosa, altri documenti soccorrono, dalle imitazioni strutturali della visione allegorica alle più recondite e sparse, ma tanto maggiormente probanti reminiscenze stilistiche e lessicali. Ma la posizione di Dante nell'alta cultura umanistica sfugge, come è ovvio, a questa ricerca: i documenti utili a determinarla sono di gran lunga più scarsi. Pur tenendo conto che col Marulo siamo in zona di confine, la traduzione che egli ci ha lasciato del primo canto di Dante resta documento singolare e importante. Siamo, ho detto, in zona di confine, dove, e tanto più di là dei confini, si ha naturalmente una semplificazione essenziale della cultura italiana, e la ostentata familiarità con essa cultura più facilmente si identifica con una ambizione di eleganza. Resta però che il Marulo non traduce a vantaggio di lettori inesperti dell'originale dantesco; non è un volgarizzatore. Egli traduce a regola d'arte, sperimentando le alterne possibilità di due lingue diverse, pur con la consapevolezza dei rischi inerenti a quella diversità, che dal prologo alla sua traduzione petrarchesca risulta: « Sunt quippe linguarum proprietates quadam ita natura comparatae ut multa quae in alio idiomate apte apposite lepideque dicuntur in aliud conversa degenerare videantur atque deficere » (7). Che il Marulo traducesse senza scrupolo di fedeltà e licenziosamente amplificando, risulta già dal fatto che al computo finale i 136 endecasillabi dell'originale si trovano ad essere conversi in 138 esametri. La adulterazione e lo scadimento, che lo stile dantesco soffre in

(6) Cfr. G. G. Ferrero, *Dante e i grammatici del 500*, in « *Giornale Storico della Letteratura Italiana* », CV (1935), pp. 1-59.

(7) Cito dall'edizione originale, in appendice cioè all'*Evangelistarium* del Marulo, Venezia, 1516, c. 148.